Jacobus <de Voragine>: [Legenda aurea ] Legenda sanctorum seu Historia longobardica
[Köln: Ludwig von Renchen], [ca. 1486]


rupuit. et ad pedes viri dei se pjiciens ve/
niam postulauit. et in melius deinceps vitã
mutauit. Uir aũt sanctus dixit deoni Pre
cipio tibi demon in noĩe domĩ nrĩ ihesu xpi
vt hinc statim abscedas: et talem acten⁹ lo
cum possideas vbi nulli gloriosam; dei ge/
nitricem ĩuocanti nocere presumas. Hec v
bi iussa dedit. demon abscedens euanuit.
Et miles virũ sanctũ cum reuerentia et gra
tiarum actione liberum abire pmisit.

## De sancto Thimotheo martire.

Rome celebratur natale scĩ Thi/
motheí: qui ab antiochia romam
veniẽs sub Melchiade papa a Sil
uestro presbitero qui postea eps vrbis ef/
fectus est susceptus in hospicio: qd facere
tũc tpis ceteri ipi⁹ pontifices formidabãt. Sil
uester vero non solũ hospicio eũ recepisse
gaudebat: sed etiam timore abiecto taz vi/
tam q̃ȝ doctrinã eius cõmendabat. Qui p
vnũ annũ et menses tres docens xpi verita/
tem cũ multi p eum populi cõuersi fuissent:
dignus martirio tentus a pplo paganoruz
et traditus tarquino vrbis prefecto tormẽ/
tis plagarũ. et carceris longa custodia ma
ceratus cum sacrificare noluisset idol' qua/
si bonus athleta dei tercio cesus inter hoci
das decollatus est. Quem sanctus Silue
ster nocte ad domũ suam tulit ibiq̃ȝ sanctũ
Melchiadem epm venire fecit. qui cũ õni
bus presbiteris et dyaconibus p totã noc
tem in laudibus pmanẽs: eius martirium
dedicauit

## De passione domini

Passio christi fu
it ex dolore amara. ex illusione de
specta. et ex vtilitate multiplici fructuosa.
Dolor ãt causabat' ex quinq̃ȝ. Primo enĩ
ex eo q ipsa passio fuit ignominiosa. et hoc
ppter ignominiosum locũ. qr in caluaria v
bi malefactores puniebantur. ppter igno/
miniosum suppliciũ. qr morte turpissiã con
demnatus est. Crux enĩ suppliciũ erat latro
nũ. et licet crux tũc eẽt multe ignominie: nũc
est tñ immense glẽ. Unñ Aug. Crux que tũc
erat suppliciũ latronũ nũc trãsit ad frõtes im
patorũ. Si tñ honorẽ de⁹ cõtulit supplicio
suo quantũ pferet fuo suo. Propt' ignomi
niosuz cõsortiũ qr cũ sceleratis deputatus ẽ
.i. cũ latronibꝰ q primo fuerant scelerati: sȝ
postea vnus cõuersus est. s. dismas. q erat
a dextris sicut dr in euãgelio nicodemi. et
alius dãnatus ẽ. scȝ. gesmas qui erat a sini
stris. Uni ergo dedit regnũ alteri supplici
um. Ambro. Autor pietatis in cruce pẽdẽs
in secularibꝰ negocijs officia diuidebat. p
secutionẽ aplis. pacẽ discipul'. corp⁹ iude/
is prĩ spm̃. virgĩ pranimphũ. latroni padi/
sum. pctõribꝰ infernũ. crucẽ xpianis penitẽ
tibȝ cõmendabat. Ecce testamentũ qd fecit
xps in morte pendẽs in cruce. Secũdo cau
sabatur dolor ex eo q ipsa passio fuit ĩiusta
qr pctm̃ nõ fecit: nec est ĩuent⁹ dolus in ore
eius Unñ Poeta. Quevcit ĩdigne pena do
lenda veit De tribꝰ enĩ precipue eũ ĩiuste
accusabãt iudei. s. qr tributũ reddi phibe/
bat. qr se regem faciebat. et qr se filiũ dei di
cebat. Contra has tres accusationes dici/
mus in parasceuen in psona saluatoris tres
accusatioẽs. Popule me⁹. etc. vbi expli/
cat xps tria bñficia eis collata. s. liberatio/
nem ab egipto. regimen in deserto. planta
tionem vinee ĩ loco optimo. quasi diceret
xps. Accusas me de redditione tributi. po/
tius grãs agere deberes. quia liberaui te a
tributo. Juxta dictũ aplĩ. Redemit enim
nos a miserabili seruitute. et a iugo dyabo
li. Accusas me quia dixi me regem: potius
deberes gratias agere. quia regaliter paui
te in deserto. Accusas me quia filium dei
me dixi. potius gratias agere deberes. qr
te ĩ vineã meã elegi et ĩ loco optimo te plã
taui. Tercio causabatur dolor ex eo q fuit
ab aĩcis occisus. Tolerabilior ei eẽt dolor
si pateret' ab hijs qui aliqua de cã derẽt eẽ
ei⁹ ĩimici vel ab hijs qui eẽnt alieni vel ex
tranei. vel ab hijs quibꝰ aliqua ĩcomoda ĩ
tulisset. sȝ tñ pati' ab amicis. i. ab hijs qui
deberẽt eẽ ei⁹ amici. Item a pximis. i. ab



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0141
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG